

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5025

Auteur(s) : Imar, légat pontifical, Tusculum (évêque)

Bénéficiaire(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1144

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Imar, évêque de Tusculane, Tusculane, légat papal, notifie à Hugues, archevêque de Rouen, la décision prise sur le différend concernant la dîme de l'église de Cheux survenu entre l'abbaye Saint-Wandrille et l'abbaye Saint-Étienne de Caen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 27, p. 91-92.

Dissertation critique

Datation proposée par J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Imarus Dei gratia Tuscul(anus) episcopus, apostolicae sedis legatus. Venerabilibus fratribus Hugoni archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus et omnibus ecclesiae catholicae filiis per Normaniam constitutis salutem. Notum uobis facimus, quod ecclesia sancti Wandregisili conquesta est nobis, quia seruientes monachorum sancti Stephani Cadomensis in decima, quam ecclesia sancti Wandregisili ab antiquo possidet in monasterio de Cens, dolose agentes dampnum eis annuatim et fraudem faciebant ; manipulos enim seu garbas, quos in carris ad granceam adductos non ligatos inueniebant, decimare nolebant et in silencio, quod uix audiebantur computando, decimam eorum detinebant et quatuor carratas frumenti, de quibus sibi bibulci decimam uendicabant, ultra mensuram caeterarum honestas faciebant. Qui carrorum solutione perprati cacarri deponenda seu reponenda garbas decimae retinebant et seruientem sancti Wandregisili implacitabant. In praesentia itaque nostra et tua, Hugo Rothomagensis archiepiscop, et uenerabilium fratrum nostrorum Rotrodi Ebroicensis et Girardi Sagensis episcoporum et aliarum personarum, quae tunc coram nobis Rothomag(i) conuenerant, consentientibus monachis utriusque ecclesiae talis compositio facta est, quod pruae illae occasiones et exactiones de caetero in perpetuum quiescerent et carratae bubulcorum ad mensuram aliarum fierent, ut ad granceam uenire possint. Pro furto uero, quod in tacita computatione de manipulis fiebat, et aliis iniuriis, quae ibidem inferebantur ecclesiae sancti Wandregisili, stabilitum est coram nobis et a monachis Cadomensibus concessum est, quod homines et seruientes sui iustitia ipsorum coacti fide uel sacramento interposito monachis sancti Wandregisili annuatim securitatem

facient, quod sine damno et fraude tractabunt decimam et custodient. Computatio uero garbarum manifeste et sub auditu fiet. Ipsi autem monachi Cadomenses, ubi opus fuerit, supra homines suos in facienda iustitia monachos sancti Wandregisili iuuabunt, quod deinceps ibidem nulla frauds, nulla violentia de rebus sancti Wandregisili fiat. Quod si monachi in facienda iustitia defecerint, episcopus et ecclesia Baiocensis ipsam facient.